

HIERONYMUS.

ΕΥΣΕΒΙΟΣ.

EUSEBIUS.

<sup>1</sup> ZOELETH, nomen lapidis, ubi Adonias immolavit victimas juxta fontem Rogel.

Ζωελῆθ, λίθος οὕτω καλούμενος, ἐν ᾧ Ἀδωνίας ἔδυσεν ἑχόμενα τῆς Ρ'ω- γέλ.

ZOELETH, lapis ita dictus, in quo Adonias immolavit victimas, juxta Rogel.

ZOHELETH. Vide proximè ZOELETH.

ZOMZOMMIM, gigantum nomen, qui olim Ammonitarum regionem possederunt, quos Ammonitæ expulerunt, in eorumque locum successerunt, Deut. II. ψf. 20. 21.

<sup>2</sup> ZOPHOIM, regio Principum in terra Edom, quæ nunc vocatur Gabalena.

Ζαφωίμ, χώρα ἡγεμόνων Ἐδωμ, ἐν τῇ νῦν Γεβαληνῇ.

ZAPHOIM, regio Principum Edom, in ea quæ nunc est Gebalene.

ZUZIM, Gen. XIV. ψf. 5. eisdem esse existimo cum iis, qui Deuter. II. ψf. 20. appellantur ZOMZOMMIM, qui prius Ammonitarum regionem tenuerant; siquidem & nominis aliqua affinitas est, & conjunguntur *Emim*, qui & ipsi in vicina Moabitarum regione confederant; item tota istorum regum progressio & excursio, quæ ibi Gen. XIV. describitur, ab Aquilone in Austrum, requirit ut è Galaaditide, ubi erant *Raphaim*, ordine procedendo venirent ad *Zomzommim* & *Ammoniticam* regionem, inde ad *Emim*, actandem ad *Chorrhæos* in Idumæa Australi tunc temporis habitantes penetrarent.

## NOTÆ.

1. In versione nostra *Zobelet* appellatur 3 Reg. I. v. 9. Est autem locus hic ad Orientem montis Sion, juxta hortos regis, ubi clandestina inauguratione conatus est Adonias in regnum surrepere, illudque Salomoni præripere. BONFRERIUS.

2. In codicibus Septuaginta Interpretum non *Zophoim*, sed *Zaphoim* legimus Gen. 36. v. 43. quæ Hebrææ voci *חירי Hiram* (quam & nostra habet versio) nullo modo affinis est, ut mirum sit undè illa, si non ex Hebræo, emerferit. Sed neque *Hiram* ibi regionis nomen est, sed *vir* & *ducis Idumæi*. IDEM.

3. *ἑχόμενα τῆς Ρ'ωγέλ*] Habebat *Bonfrerius* *ἑχόμενος*, cum sit in MSS.

*ἑχόμενα*, ut in textu LXX. Int. 3 Reg. I. 9. Addidimus ex eo loco τῆς Ρ'ωγέλ, quod legerat *Hieronymus*, & sine quo mutila oratio est. Subaudiendum autem *παρῆς*, ut ex *Hieronymo* intelligere est. Atque hæc ad *Eusebium* hæctenus, in quibus non de locis ipsis agere, sed *Eusebii* præsertim verba illustrare & emaculare, *Hieronymumque* puriorem, ex nupera Parisina Editione emittere constitueramus. Alioqui multa taciti, in *Eusebio*, *Hieronymo* & *Bonfrerio*, quæ non probabamus, prætermisimus; sed de quibus commodius acturi sumus, in Commentariis ad Vetus Testamentum, quàm hic. CLERICUS.

ONOMASTICI  
URBIUM ET LOCORUM  
SACRÆ SCRIPTURÆ  
FINIS.